

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection *Mythologiae libri decem*, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection *Mythologia*, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item *Mythologia*, Venise, 1567 - VIII, 10 : De Aeolo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 10 : De Aeolo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[107\] : De Aeolo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 10 : De AEolo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 11 : D'Æole](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 10 : D'Aeole](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ)

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 250r°-251v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [École](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

tudo cum Diuos singulatim in auxilium petit eas fidumas esse illos Diuos
ad quorum nomina euauerint. alii, quem altius veiligare voluerunt, in-
ter quos fuit Xenophanes, crediderunt spectra quedam propter timorem
mortaliū oculis sele offerre, tanquam somnia senuum & grotantium. Quid
enim prohibet in magna animorum trepidatione senius quoque misericordia
perturbari, & prodigiosa quedam montira apparere? nam turbatorum senium
comites sunt plerisque horrende & admirabiles res visz. Ego sane nihil
horum esse putauerim, sed vapores quoddam in ignes pertenus ex aere con-
cretos, qui suspirata natura summa petant malorum & antemnaturum: quippe
cum totidem viii sint aliquando, quoc fuerunt nauigia, at non duo tantum. 10
nam si essent spectra solum, quae pro sensuum perturbationibus apparerent,
illud necessario sequesetur, venon solum aliis minores, aliis maiores ignes
appararent; aliis plures, aliis praeiores; sed etiam pro affectis corporibus
& dominantibus humoribus, aliis ignes ardentes, aliis armati homines &
dimicantes, aliis bellux horribiles & admirandis formis viderentur: quoniā
ita laborantibus, & male affectis corporibus hęc videntur in somnis, & ali-
quando nihilominus vigilantibus. illi igitur ignes cum gemini apparent,
exhaustam propè concretam tempestatum materiam significant: cum vero
fuerit ignis, nondum concretam; cum plures, maximam superesse copiam.
Illi ignes si densissimus aer, & vaporibus plenus extiterit, ob frequentiam 30
condensatae materie, fugantur ab Helena, que non, nisi ex abundantia in-
genti consurgit vaporum. Dicti sunt Callo & Pollux in Deos relati ob be-
neficia, que in homines contulerunt, cum multos sceleratos homines de me-
dio sultulerint; & in eos populos, quos subiugauerunt, singulari clementia
sint usi. Quo autem pacto per hęc mores hominum corrigerem conati sunt
antiqui? beneficentiam, & liberalitatem in omnes, & propinquorum prae-
pue concordiam diis gratissimam esse demonstravunt, quate ad has virtutes
per hanc fabulam nos horrabantur. at nunc de Acolo.

De Aeolo.

Cap. XXII. pars 2. quatuor. 30

A Eolus, ventorum imperator, vel potius ut quidam putarunt, quæstor,
Hippote filius fuit, ut innuit Quid. in epist. Læandri,
Parce precor, facilemque moue moderatus auram;
Imperet Hippotades tibi triste nihil.
Sic Apollon. lib. 4 Argonaut.

Aeolus invenerat ait auctor.

Aeolum Hippote filium clarum.

Matrem Aeolo fuisse Meneclam Hylli Lyparenis filiam memorix prodidit
Euthydemus Atheniensis in libro de Saltamentis; at Eudoxus Cnidius in li- 40
bro secundo de amictu terra Lipyam Actoris Caryatis filiam matrem Aeoli
fuisse malleum, quamvis dixerunt nonnulli illi non unum tantum Hippote fi-
lium fuisse Aeolum vocatum eo nomine, sed etiam filium Heilani cuiusdam
Ious nepotem. omnia ramen que dicuntur de Aeolis ad unum Hippote fi-
lium referuntur. Non defuerunt, qui Ious filium putauerint, habitauit
Aeolus in ea eccl. illis sepeem insulis, que de illius nomine dictæ fuerunt
Aeoliz, atque illa Stromyle nominabatur, ut sit See lib. 6. fuerunt omnes
illæ insulæ sub imperio Aeoli; atque Stromyle dicta est a rotunditate, que

R. 2. 2. Didyma

Didyma etiam dicebatur, dicta est & Lipara pinguis, & ab igne scatente Ther
milla, & Euonyme sicut illa, quia nautantibus e Lipara in Siciliam sicut illa ap
parebat, & ab arbustis Ericula & Phoenicula, & Hierax facra, alii hanc, alii Li
parum ob se a ventum dissimilatum frequentiam Vulcani officinam esse dixe
runt. Scriptum reliquit Pytheas in ambitu terrae consuulisse antiquos ru
de & illaboratum fetrum ibi deponere, & mercedem huc enis, siue secusis,
siue rei alijs, quam vellent, nominantes, deinde illam die crastina acceden
tes solitos accipere, alii eis Rheygi Italix imperasse mauerunt. Hunc Ae
olum ventorum moderatorem & quæstorem nominavit Hom. lib. 1. Odyss.

10

Quæstorem flatuit ventorum Iupiter illum,
Cum liber ut sedet ventos, & concitet idem.

Atque uniuersam Aeoli potestatem descripsit Virg. lib. 1. Aeneid. in his;
hic vallo rex Aeolus antro
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premis, ac vincis, & carcere stronas.

20

Sic etiam Dionysius de Situ orbis;
Aeolus, qui regnat deus ventorum, quæstorum
Alius, de ventis post alijs post alijs super,
Hoc de il. vix de lumenat nisi pote abutat.
Polt hanc Aeoliz sunt insulae in quo, Regis
Aeoli Hippotadz, peregrinis regis amici.
Aeoli adeo mirum cui datum munere donum:
Ventorum imperium, seu perirent, siue quiescant.
Sunt illi septem dictæ cognomine plor.

30

Dicuntur sex filii ac totidē filii fuisse Aeoli, inter quos Magnes, Aethlius,
Locastus, Arne, Phœcea: neque plura nomina filiorum Aeoli me legisse me
mini Hippotadz. at aliorum Aeolorum fuerunt, Macarens, Athamas, Si
syphus, Misenus, Iphiclus, Salmoneus, Cephalus, Criteus, Alcione, Cana
ce, vocati sunt autem venti Thracii, quod e Thracia spirato putarentur:
sunt enim Dionysophanis sententia quod specus est in Thracia, e quo
erumperent, venti, unde fabulati sunt postea ventorum in Thracia esse domi
ciliū, unde ait Hom. lib. 1. Iliad.

Bipinn. 230. Dioptra. 177. Epiph. 277.

Treiciis Boreas, Zephyrusq; stremebat ab oris.

Et Horat. lib. primo Carm.

40

Iam veris comites quæ mare temperant,
Impellunt animis linteas Thracie.
Tot sunt ea, quæ de Aeolo tradita sunt ab antiquis: nunc quæ ratio illos cō
pulerit ad hanc fabulas fingendas inquiramus. Memoriz igitur prodidit Ila
cius Aeolum hominem suum aeronomiz, peritisimum, & illam scientiam
principis ex creviss, quæ pertinet ad naturam ventorum, ut prodesset nau
gantibus. Prediscebat igitur vel cum sol taurō propinquaret exempli gratia,
quæ maris futura esset tempora, aut quæ benignitas cœli, & quo die, quane
dici hora: vel quandiu perduraret Zephyrus, i. talis aut talis spiraret; aut
si alius

si alius ventus sub exortum Canis, aut alterius signi cœlestis exortiretur, aut etiam diebus ereticis quintis scilicet septimis, & aliis huiusmodi ab ortu seruatis. Ea de causa effectum est, ut illum ventorum esse Regem dicerent, sicut Amalidem, & Protoclem, & Protocreontem dixit Orpheus: hi enim quos yellent ventos, dicebantur in trem includere, & rursus emittere, quos veulent spirare. Scriptum reliquit Scrabo libro primo Aeolum dictum fuisse regem ventorum, quia per fluxam ac refluxum aquarum cum habitaret in locis asperissimis & difficillimis nauigancibus futuræ tempestatis ac surgentium ventorum signa multo ante prædicterit, quæ cum ad prædictum tempus euenirent, credidit vulgus mortalium ventos esse in Acoli potestate, quos posset, cum liberet, emittere. Videbatur enim admirabile quid piam ac prope diuinum, posse venturas temporum mutationes multo ante præuideri. Id tamen fieri posse comprobauit Thales Mileius, ubi anni fertilitatem & copiam oliuarum in futurum annum præuidisset, ut ait Diog. Laertius in eius vita. Magna est omnino vis ac propœ diuina sapientia non solum in prædicendis rebus futuris, sed etiam iis faciendis, quæ nullo humano ingenio fiti possit videbantur. Veruntamen cum pauci sint omnino sapientes, multique haberi cupiant, cum sapientes male imitantur, vel conuicti etiæ infestentur sapientiores, idcirco effectu est, ut illa falsa dicta putentur ab Empedocle, & non sine risu ab insulosis audiantur, in quibus ille diuinam vim sapientiae ita explicauit;

αέροντι ἀκρίτες αἴρεται πάντα, τοῦτο οὐρανός
ἰπέραντι πεντάκισθεντού, οὐδετέρα δηρίπατο.
τοῦτο μάγειρε θεάτρῳ, στρατεύεται οὐρανός θεάτρῳ.
Τούτοις οἱ λαβαρίσται αἴρεται πάντα.
αἴρεται πάντα, τούτοις οἱ οὐρανοὶ αἴρεται πάντα.
διατάξεις τούτους πάντα αἴρεται.
πάντα τούτους πάντα αἴρεται, ταῦτα αἴρεται οὐρανός.
Placabis ventos, qui terras flamine verrunt
Omnia vallantes - rursus, si forte libebit,
Flamina confluent. pluiae pellentur ab agris.
Cum fuerint nimis, induces & rursus easdem
Silibext. pronas fistas & fluminis vndas.
Tarcateis animas idem reuocabis ab umbris.
Lucida parebit sophix vis ætheris alti.

Verum hæc narratio ad historiam pertinet. quod attinet ad mores, Aeolus est vir sapiens qui ira moderatur pro opportunitate temporum, & præsentium negotiorum; quando nunc simulare itam, nunc dissimulare utilissimum est: id autem putatur ventos refrenare & emittere cum libuerit. Hæc autem varietas morum Aeolo nomen dedit. sunt omnes sane affectus utiliter hominibus ab ipsa natura concessi, quippe cum ira non mediocriter conferat ad corrigendos mores, si nihi non incaluerit; quæ si nulla esset, omnem iniuriam quo animo aliquando ferremus, neque tam studiose damnari nobis propulsaremus. Sed omnium rerum utilis est mediocritas, & omnibus adhibenda moderatio, quæ si nulla extiterit, tunc pessima est ira omnium animi affectuum, & in furorem denique conuertitur. Sic autem nos ventorum Acoli iram expressimus, cui nisi in principio quis restiterit, mox tanquam oculus ad multa parum decora rapitur, ut sit in lib. 4. Venationum;

non

30

40

non mulcent dulcia verba
Sylvestres animos, nullasq; admittit illis
Orator; laxia furizq; vagantur habentis.
Ut grauis Aeolio cum ventus proficit antro
Totus in sua fuita, & sylva sternit opacas,
Flaminibus rapidis immensus ira uritur atque,
Tum neq; veluola puppes, nequz nubila cœli
Contra stare valent, conuoluens omnia secum
Viribus Hippotadx nullis franguntur: & illum
Non tenet imperium Regis: nil audit, et vnuus
Est cordi fragor, & frages, & murmur, & ira.

10

Aeolum igitur Regem, sine rationem oportet his motibus animorum imperare: siquidem qui ira non imperauerit, ille ira, non sine penitentia potest, seruat necesse est. Deinde ista facta fuerunt illa, etiam de causa ab antiquis, quia demonstrare volebant nihil sine diuina prouidenzia contingere, cum venti et rerum olim leuissimi & maxime inconstantes suum habeant moderatorem. Alii putarunt per hæc incitatos fuisse nauigantes ad percipiendam naturam ventorum & tempestatum, cum possent omnes multo ante hæc significare & intelligere, quorum signa nonnulla prævia sunt tempore, qualia sunt ea, quæ scripti Aratus & Theophrastus de signis aquarum & ventorum. At nunc de Borea dicamus.

20

De Boreo, Cap. XI.

Boreas autem e quibus parentibus ortus sit, fabularum inventores, non tradiderunt, quod ego legerim, nisi quod in Thracia habuerit domicilium. Fabulari sunt antiqui Orithyiam: Erechthei Athenarum Regis filiam virginem fuisse formam præstantissimam, quam cum Boreas colligenter flores iuxta fontem Cephissi vidisset, ei usumore incensus illam rapuit, & in Thraciam deportauit, veluti scriptum fuita Chryllo. Alii dixerunt apud Ilium celeberrimum Attice fluum raptam fuisse ludentem cum ceteris virginibus, ut ait in atticis Panis, quod etiam testatur Dionysius in suo orbis;

Nippeus, Iobali, arri, alibi & Attica vlt.

Cecropis est tellus supra Isthnum solis ad ortum,

Illi per quam diuino flumine fertur,

Vnde tulerit Boreas raptam grauis Orithyiam.

Scriptit Ouid.lib. 6. Metam. Orithyiam fuisse in regionem Ciconum deportatam, & ibi celebatae nuptias Boreo. & geminos peperisse filios, ut eti in his;

Nec prius aetii cursus suppressit habenas:

Quam Ciconum tenuit populos & monenia raptor.

Illi & gelidi coniux Actaea tyranni,

Et genitrix facta est partus enim a gemellos

Simonides tamen poeta non ab illo, sed a Utilio raptam fuisse Orithyiam putauit.

30

40